



Disputatio juridica inauguralis circa quaestiones selectas contractus emtionis venditionis

<https://hdl.handle.net/1874/341831>

3

DISPUTATIO JURIDICA
I N A U G U R A L I S,
C I R C A
Q U Æ S T I O N E S S E L E C T A S
C O N T R A C T U S
E M T I O N I S V E N D I T I O N I S,

Q U A M
F A V E N T E D E O T E R O P T. M A X.

Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. H E R M A N N I W I T S I I,

S. S. Theol. Doctoris, ejusdemque in Inclyta Academia Ultrajectina
Professoris Ordinarii, & Ecclesiæ ibidem Pastoris facundissimi,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici Consensu & Alma
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S

Summisque in U T R O Q U E J U R E Honoribus, &
Privilegiis ritè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

G I S B E R T U S S C H M E M A N N, Tremonia Westphalus.

Ad diem 29. Martii, loco horisque solitis.



U L T R A J E C T I,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clō Ioc LXXXVI.

D E O,
P A T R I Æ,
E T
F A U T O R I B U S.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
CIRCA
Quaestiones Selectas
CONTRACTUS
EMPTIONIS VENDITIONIS.

THESIS I.



Ria maximè desiderantur ad
substantiam Emptionis Ven-
ditionis, nimirum consensus
partium, res certa, & pre-
tium in pecunia numerata
consistens.

I I.

Ut autem iste consensus legitimus fit, de-
bet esse liber & immunis ab omni vi, metu,
dolo & errore.

I I I.

Intelligo hic vim majorem, metum gravem
sive majoris mali, qui etiam in constantissi-
mum hominem cadat, dolum malum ut ait

4 DISPUTATIO JURIDICA
Prætor, & errorem in corpore vel substantia
rei venditæ admissum.

I V.

Vis, aut dolus, dans causam emptioni venditioni, eam ipso jure irritat, quod idem obtinet si error circa substantiam mercis intervenerit.

V.

Metu vero initus contractus emptionis venditionis, exindè ipso jure nullus non est, attamen mediante restitutione rescinditur, *secundum Magnif. Dnm. Struv. in Synt. Jur. Civil. Ex. 8. §. 9.* ubi quoque exceptiones quædam videndæ.

V I.

Ad quæst. an Venditor rem venditam præcisè tradere teneatur, vel præstando interesse liberetur, Resp. Venditorem obligatum esse ad rem tradendam neque præstando interesse liberari, *per l. 46. & 50. ff. de act. empt. vendit. & Dnm. Vinn. in Comm. ad Inst.*

VII. Pre-

VII.

Pretium uti superius Th. 1. dictum debet consistere in numerata pecunia, debetque. 1. Esse verum, 2. Certum ac 3. Justum, contractus enim imaginarii sive simulati in emptionibus juris viriculum non obtinent, l. 54. ff. de obl. & act. imo pro non facta est, & ideo nec alienatio ejus rei intelligitur, l. 55. ff. de contrab. empt. & c. l. 16. ff. de R. Jur.

VIII.

Priusquam vero imaginarium sive simulatum contractum emptionis venditionis initum esse prætendenti, succurri possit, illi onus probandi incumbit; Probaturque talis simulatus vel imaginarius contractus per modicitatem precii, pactum de retrovendendo in continenti appositum, & consuetudinem fœnerandi, *quamvis Afflict. decis. 65.* concludat contractum emptionis venditionis dici simulatum ex solius modicitate precii ultra dimidium, & ex pacto de retrovendendo in continenti appposito, & secundum ipsius opinionem Consilium Neapolitanum judicavisse dicat, attamen prior opinio non spernenda, *propter text. in Cap. illo*

6 DISPUTATIO JURIDICA

illo vos. de pignorib. & aliis caution. & Cap. Ad nostram X. de Empt. & Vendit. abundans enim cautela non nocet ad vulg.

IX.

Redditur quoque Contractus hic suspectus probando, qualiter venditor post venditionem semper mansit in possessione rei venditæ, licet ex causa locationis vel simili, *l. 8. §. supervacuum 7. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. vid. Gloss. in l. fin. in verb. indignum C. de pignorib. Rol. à Val. cons. 40. n. 31. & Grav. cons. 156.*

X.

Detegitur etiam simulatio hujus contractus, si probetur, quod res empta statim fuerit locata tertio, & ille tertius statim locaverit, venditori: Per hanc enim locationem arguitur suspicio fraudis, ex eo quod locatio facta fuit venditori, per interpositam personam *Vid. l. 5. §. 2. & 3. ff. de autorit. & cons. tut. & curat.*

XI.

Præsumitur quoque contractus simulatus si
pro-

probetur, quod sic à partibus fuerit præordina-
tum, licet tabellio & testes instrumentarii de
hoc nihil sciant: nam per hoc probatur contra-
ctus sceneratitius *secund. Bald. in l. cum allegas n. 8.*
vers. scias etiam quod ad probandum C. de usur.

XII.

Sic etiam probatur Contractus simulatus
probando quod Conductor vel Venditor se ad-
strinxit ad solvendum onera & collectas, vel si
pactus est emptor cum Venditore, quod in ca-
su reemptionis faciendæ per venditorem, ven-
ditor teneretur solvere gabellam venditionis,
*secund. Rol. a Vall. Cons. 40. n. 33. Vers. quod con-
ductor vol. 2.*

XIII.

Item probatur quod contractus hic sit simu-
latus, si probetur, quod in Venditoris æsti-
mo reperiantur bona per eum alienata, &
sciente & patiente emptore venditor solvit col-
lectas, ex huiusmodi enim silentio & patientia
præsumitur quod contractus fuerit simulatus *se-
cund. præcit. Rol. a Vall. loco cit. n. 36. vers. addi-
tur & alia conjectura vol. 2.*

XIV.

XIV.

Supra memoratum de modicitate pretii, Disputatur autem inter DD. an *l. 2. C. de rescind. Vendit.* etiam locum habeat in emptore ultra dimidium justii pretii læso, *Cujac. lib. 16. observat. cap. 18. relatus à Fachin. lib. 2. contr. cap. 16. statuit quod locum non habeat in emptore; Contraria verò sententia propter maximam affinitatis, æquitatis & humanitatis rationem mihi æquior videtur, Quam etiam cum Fachin. supr. cit. loc. Struv. in Synt. Jur. Civ. Ex. 23. th. 85. amplector.*

